

Fortsetzung der Papstkataloges des Chron. Vulturnense.

Hicinus Grecus an. II mens. III. dies VII, sepultus via Appia.

Iste constituit, ut nemo pontificem aliquem episcopum exspoliare audeat sine audientia aliorum episcoporum indict. X.

Thionysius Italicus an. II mens. III d. VII, sepultus via Appia.

Iste constituit ecclesias presbyteris, cimiteria et parochias instituit diocesis. Indict. XII.

Felix Romanus an. II mens. I, sepultus in via Aurelia. Iste consti-

tuit supra memorias martyrum celebrare. Indict. XIV.

Eutychianus Italicus an. VIII mens. X d. IV, sepultus in cimiterio Callisti.

Iste constituit, ut fruges tantum, uvae et fabae super altare benedicerentur, et qui martyrem sepeliret, sine dalmatica vel collobio purpurato non sepeliret omnino.

Indict. II.

Gaius Salmatinus an. XI mens. IV d. IX, sepultus via Appia. Iste con-

stituit, ut per omnes gradus ascenderet, qui quisque fieri mereretur. Indict. VI.

Marcellinus Romanus an. VIII mens. II d. XXV, sepultus in Vaticano.

Iste ad sacrificandum ductus sacrificavit, deinde poenitentia ductus martyrium capitis obtruncatione complevit. Et cessavit episcopatus an. VII mens. VI d. XXV.

Indict. I.

Marcellus Romanus an. V mens. VII dies XXI, sepultus via Salaria.

Iste constituit coemiterium via Salaria et XXV titulos in urbe Roma, baptismum et sepulturas martyrum.

Anno CCC III ind. VI.